

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romazis causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vbici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchkriegeri.
- XXIV. Desortatio a Callemnys
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



57 LXII.

IN

Sacrum Nuptiale

Ornatissimi & doctissimi Juvenis

DN. CHRISTIANI SPIGELII

LL. STUDIOSI

DN. JOHANNIS SPIGELII, Reipub. Bern-
burgensis Consulis quondam FILII,

Sponsi:

Et lectissimæ

VIRAGINIS

URSULÆ von Enden

DN. LUCÆ von Enden / Senatoris quondam

Servestensis dignis. relictæ FILIAE,

Sponsæ:

Serveste A. D. III. Cal. Xbris, Anno

CIJ. IJ C. XIX. solemnī ritu

celebratum

SYNCHARMATA VO-

TIVA.

Typis Dörfferianis.



DR. CHRISTIANI SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII

DR. JOHANNIS SPIGELII





Γ Α Μ Η Λ Ι Ο Ν.



Ulis sonus ille, meas subito qui fertur ad aures?
Quis strepitus, quem nunc stridula turba
mouet?

Nempe viros video buccisq; tubisq; canoris
Miscentes lepidos lætificosq; sonos.
Hos sequitur, cuius speciosum tempora fertum
Cingit, formolas condecoratq; comas:
Scilicet hunc medium bini comitantur amici,
Ornati subeunt ordine ponè viri.
Quis jam progressis accedit & ordine pompas
Ducens virgineus fœmineusq; chorus;
Eminet in cuius medio formosa puella,
Perspicuæ laudem virginitatis habens,
Hæc quoq; floricomâ fert tempora nexa coronâ
Auro & Dalmatico pectora cineta gerit:
Hanc etiam mediam bini comitantur honesti
Nec non conspicui dexteritate viri.
Quò tendant video: rectâ omnes ecce sacrati
Ad templi ponunt limina sacra pedes.
Organa pulsantur simul ingredientibus illis
Cantantur læto cantica læta choro.
Hujus at ornatus quid magnificentia tanta
Vult sibi? quid secum gaudia tanta ferunt?

A 2

Antæ-

An tædas, ut fama fuit prænuncia, tandem
SPIGELIO licuit concelebrare suas?
Sic est. Vos ergo juvenes, vos ergo puellæ
Reddite conjugibus vota secunda novis.
Comprecor: unanimis sit mens in corpore sponsis
Bino, atq; in bino pectore purus amor!
Tu Deus in sponsis hæc sartaq; tectaq; ferva,
Te Duce, quâ læti sorte fruantur habent.

*Amoris & honoris
causâ deproperabat*

ELIAS KUHNIIUS
Cothen: Anhalt:



ALIUD.

S At fellis, & sat mellis, & est salis
In conjugali conjugibus toro, ut
Exempla restantur, sacrorum
Ceu quoq; dicta probant librorum.
Sat fellis illis: dux ubi prævius
Non est Deus, nec fax ubi prævia
Est Christus, uncis sed pererrans
Stulta cupidinis auratelis.
Sat fellis illis: fax ubi prævia
Non est honestas, non pietas, fides
Virtusve castitasve, solis
Divitiis sed honos habetur.

Sat

Sat fellis illis: lectum ubi non beat
Et una mens, & mutua charitas,
Sed inquinatur fellearum
Mole torus querimoniarum.
Sat mellis illis: si subit utraq;
Pars jura sancti sancta tori duce
Christo, Deoq; sancit uno
Auspice conjugiale pactum.
Sat mellis illis: si pietas, fides,
Candorq; regnant, si decorat torum
Expersq; fuci expersq; mucii
Frontis honos, honor atq; mentis.
Sat mellis illis: certat ubi fides,
Ardorq; certat mutuus, & Charis
Constrinxit ambos, ut marito
Pareat & pariat marita.
Sat mellis hic est, sat salis est quoq;,
Victumq; sanctis conjugibus Deus
Cibumq; largus subministrat,
Pro bonitate sua paternâ.
His cuncta cornu divite profluunt,
His pace, censu, pane, mero domus,
Uvisq; mensa, atq; ære cista
Corda q; amore Dei renident.
Felix! benigno Numine contigit
Cui tale Sal, cui tale mel obtigit,
Si quas opes precaris ullis
Conjugibus, tenet unus omnes.

Hoc ergo Sponso cum sale mel precor,
Hoc ergo Sponsæ cum sale mel precor,
Sic vota vestris jungo votis,
Sint rata vota jubente Jhovâ.

F.

*Felix Haustadius Servesta-
Anbaltinus.*



ALIUD.

Theocryti

Cupido mellilegus.

Nuper aquis prognata Gnidi Regina Paphiq;
Postquam cuncta videt cœlo constare sereno,
Postquam clara dies, pulchros invisit ad hortos,
Invisit croceis ha' antes floribus hortos,
Et quas hortus alit succis cum mitibus herbas.
Ponè sequebatur Veneris Puer ille Cupido,
Ille Puer flammis telisq; instructus acutis,
Ille Puer, mentes hominum qui versat amore,
Ille Puer, tacitis feriens præcordia telis,
Ponè sequebatur Matrem. Heïc alvearia cernens
Accurrit subito, felici ubi si cere crescit

Laurus

Laurus, ubi stipes Veneris quem sanguen honestat:
Hyblæum rapiensq; thymum, liquentia mella
Accipit. At mala apes compungit aculeo amorem
Furacem, in digitis supremis spicula linquens.
Ecce! quid? Ecce Puer tumido gemit anxius ungue,
Saucius & toto moribundus volvitur horto.
Accurrit subitò Mater sic ora resolvens:

Quis te, Puer Cupido,
Quis te, vinx Cupido,
Marti fero timendum,
Ipsi polo timendum,
Ipsi solo timendum,
Ipsi solo timendum,

*Ipsi tua timendum
Matri? quis ô? quis unquam
Tantum dedit dolorem?
Quis sauciavit unguem?
Quis? Cur? quis, ô Cupido*

Dixerat hæc Mater: Gnatus contra incipit ore:

Nuptorum, Venus alma, copulatrix,
Mater me relevas, benigna Mater
Accursu creperam ferens salutem.
Hic obambulo floridis in hortis,
Et tandem video alveum tenacem,
In quo fudit apes suave nectar,
Mella fudit apes, serena mella.
Mater, quid faceret tuus Cupido?
Mater blandiloquus tuus Cupido,
Mater, mellifluus tuus Cupido
Quid queso faceret? Suave nectar
Lingo, lingo miser, relingo mella.
Hinc tantus dolor: heu fugax tenellum
Apes mellilego ferit mihi unguem.
Et quid? Parvum animal potest dolorem
Magnum inferre? potestq; ferre vulnus
Magnum parvum animal? Citò decora
At tu me Genitrix juva: fidelis
Tantos ô Genitrix leva dolores.

Verbo.

Verborum nec finis erat, **V**ENUS orta marinis
Lymphis, & miserata crucē & miserata dolorem,
Extēplō refovet puerū, premit, obligat ictum,
Et fomenta parat, pingves spargitq; salubris
Ambrosiæ succos & odoriferam Panacæam;
Amplexu excipiens, ridensq; hæc insuper addit:

Attu, Puer Cupido,
Cupido gratiose,
Cupido versiformis,
Imitaris hocce parvum
Animalculum ipse parvus:
Dum vulnera atra misces,
Dumq; intimam medullam,
Penitissimam medullam,
Feris brevi sagittâ
Fibras feris, Cor, ossa.
Porro, Cupido Gnate,
Recolligens colorem,
Recolligens calorem,
Recolligens nitorem,
Recolligens leporem,
Redi, tuæq; iusta
Capesse iussa Matris,
Matris tuæ verendæ,
Matris tuæ stupendæ.
Teneri ut, vides, puelli,
Tenera ut, vides, puella
Nomen meum verendum
Nostram & manum potentem
Spernant, nihilq; curent:
Ludantq;, Gnate, cernis
Juvenum chorus, Puella.
Sed, nata si **V**ENUS quid
Potui Deo supremo:

Invieta siq; Cyprum
Regina, si Paphumq;
Memphimq; si carentem
Teneo gelu, nive altâ:
Jam vela, jam retrorsum
Cogam dare & tremendas
Veneris videre dextras.
Ergo, Puer Cupido,
Remurmuret polusq;
Remurmuret solumq;
Remurmuret salumq;
Tortituis sagittis
Pereant ter: & dolorem
Querulusq; amansq; pallor
Ter prodat: ô Cupido,
Tuos probe calores
Venas per & medullam
Penitissimam medullam
Inspira. Et inter omnes
SPIGELIUS sagittis
Tangatur, ille florens
SPIGELIUS juvenâ
URSAM feri sagittis,
URSAMq; milleformem,
URSAMq; millegemmam,
URSAMq; blandicellam,
URSAMq; mollicellam,
URSAMq; mellicellam,

URSAM

URSA M feripuellam:
Ut sentiens acutum
Sensim ille pectore ignem;
CHRISTIANUS ille florens
SPIGELIUS juventâ,
Ut sentiens amorem
In hancce mellicellam,
In hancce mollicellam,
In hancce blandicellam
Inquirat URSA M: hians quæ
Prompta & parata vulnus
Levet: feratq; menti
Medicamen & levamen;
Et Sponsa ter-venusta,

Dixit & obticuit, niveâ dextrâq; timendum
Deducens Puerum in tenues evanuit auras.

Ad Momum.

SI, fœminarum Diva præstantissima
VENUS Dearum me novellis scribere
Nuptis jubet quæcunq;, MO ME, carmina,
Atro procax dente, ut soles, petiveris,
Scabiem occupare te podagramq; horridam
Vult & chiram perpetim Venus. Cave

Ludebat

Johannes Cramerus
Silesius.

B

ALIUD.

ALIUD.

Allusio ad nomen sponsi & sponsæ.

Dic age, dic Clio, cur URSULA, bella puella
SPIGELIO thalami fœdere juncta venit?
En rogitas? nihil est quia convenientius isto
Fœdere, cui felix omen inesse vides.
Mutatis tibi literulis dabit URSULA laurum,
Quæ gerit æternum fronde virente decus,
Quæ si quando comis vitrum circundet odoris,
Annè vitro major conciliatur honos?
Hoc igitur speculum lauro redimitur eadem,
Scilicet ipsi sic gratia major erit.
O factum benè! Sponse, precor, felicibus ornet
Auspiciis speculum laurus odora tuum.
Laurus odora suo ferat, opto, tempore baccas
Innumeras, mensam cingat & ampla tuam.
Hoc est: innumerâ faciat te prole parentem
URSULA suaviolum delictumq; tuum.
Et nati natorum, & qui nascuntur ab illis
Circudent mensam grata corona tuam.
Plurima, quod superest, (superi mea vota secudent!)
Secula eum sponsâ sponse novelle vale.

ALIA

ALIA AD NOMEN SPONSI.

Sic est; SPIEGELIUM, nova cui modò jungitur
uxor,

Non frustra Speculi nomen habere reor.

Scilicet inspiciat series hoc sera nepotum

Virtutis speculum mente oculisq; pium.

Istius & speculi radiis conforme coruscis

Æmula nitatur reddere quicquid agit.

Nomine mactæ tuo virtutis ad ardua tende

Culmina, Sponse, tuum nil remoretur iter.

Sic tibi surget honos, sic nomen & omen habebis,

Postera sic ætas te super astra vehet.

Fundebat

Joachimus Mechovius Docopolita-
nus Anhaltinus.

AL I U D A

Fac, quæ Fata volunt; nil ultra fata moramur,

Lætitiæq; tuæ dona novella cape.

Fac, quæ Fata volunt; nam fatis omnia fiunt,

Atq; gradus fortis volue revolve novos.

Quæris quæ veniant tibi jam vestigia fortis

Alta, novi ac vitæ laude & honore gradus?

En tibi concessit fausti provisio Fati

Auxilium vitæ subsidiumq; tuæ.

B 2

Ursula

Ursula nempe venit tibi conjunx casta puella,
 Ursula virginei gemmula pulchra chori.
 Sponse tribus donis venit en tua sponsa decora,
 Nam pietate, opibus, moribus aucta venit.
 Hæc tria constituunt T E terq; quaterq; beatum,
 Sis merito sponsæ sponso honore novus.
 O igitur casti sancitor & Autor amoris,
 Qui non concedis solivagum esse virum.
 Fac nova sponsa novo cum sponso vivat in uno
 Voto; fac, vivant in pietate tibi.
 Fac regat inceptum pax & concordia lectum
 Hujus conjugii, mutuus ut sit amor.
 Fac, nova concipiant socialia fœdera tædæ
 Pignora? fac vivant Nestoriosq; dies.

Michael Thilenus Serve-
 stanus F.



ALIUD.

SI qua placet virgo, cui dives copia rerum
 Qualem prisca fides decantat, fama; cana;
 Si qua placet lectis consueta lege capillis:
 Moribus aut placet ingenuis, aut conveniente
 Forma: si qua placet, quæ non oblita pudoris
 Præ se fert castum pectus, vultumq; modestum.
 Si qua placet probitas, quam & gloria adornet honesti:
 Dispe-



Dispeream certè; Felix Neonymphe SPIGELI.
URSULA sola tibi si non placet, atq; placebit.

Subjcebat

*Joachimus Frencelius Cothe-
no-Anhal:*



ALIUD.

AD SPONSUM.

Quos tibi versus mea dat Minerva,
Pectoris sunt signa tibi faventis,
Suspice ergò hos tu placidè, nec unquam
Sperne SPIGELI.

Sic Deus cœptis placidè favebit
Rebus, & semper thalami labores
Leniet, lecti pia sicq; felix

Pignora cernes.

soV

B 3

AD

AD SPONSAM.

*Ἀναγραμματομοί,
omissâ aspirat.*

CHRISTIANUS: CURIS INSTA,
URSULA: LAR USU.

Quod quæsvisti speculum, nunc, optima sponsa,
Inventum est: quivis (pol bene!) cantat Jo;
CURIS ergò INSTA, speculū hocce creetq̃; specilla
LARq̃; USU vigeat, sponsula blanda, tuo.

Georgius Moringius Soteropolita-
nus Anhaltinus.



ALIUD.

Huc ades Euterpe, huc Erato, hucq̃; Polymnia dulcis,
Æquam materiem suppeditate mihi:
Fiunt res lætæ, sacrata jugalia fiunt,
Ac hodiè nobis concelebrandus Hymen:
Spigelio exoptata venit lux, numine Divum
Illius in casses præda petita cadit.
Ergo Thespides jam plaudite plaudite Musæ,
Plaudite, dicite io, plaudite, dicite io

Vos

Vos quoq; convivæ jam luctu imponite finem,
Edite jucundo júbila læta sono:
Et, si quicquid erit quod demat gaudia vobis
In phlegethontæas præcipitetur aquas.
Vos neq; conturbet multorum rumor inanis,
Rixosum nulla Jupiter auctet ope:
Sic Sponsus noster cum Sponsa lætus adibit
Ludum Zerbstiacum proficiente pede.

Apponebat

Joachimus Hermstorpius Neobur-
go-Anhaltinus.



ALIUD.

Cum nihil humani felix queat esse, ratumq;,
Ni Deus huic præsens adsit opemq; ferat.
Quisq; sibi thalamos audens promittere faustos
Non imploratâ Numinis, errat, ope.
Ergo Deus lecti fautorq; autorq; jugalis
Huc ades, & tædis annue quæso piis.
Ipse vides, Satanas diræ quæ semina litis
Conjugibus jaciat, noxia quæq; struat:

Ergo

Ergo veni, mitisq; veni facilisq;, beaq;
Fœdera non hominum dissoluenda manu.
Ambiat ut placidum concordia blanda cubile,
Ad thalamum sedem Pax locet alma suam.
Quò pariter læti jucundis queisq; fruantur,
Unanimisq; regat pectora bina favor,
Quem non livor edax, nec amaræ jurgia linguæ,
Flebilibusq; petat mixta querela sonis.
Si quid at adversi occurret, quod turbet amantes,
Gaudia fac luctus in nova rursus eant:
Sit fœcundus amor, propriâ quò surgere stirpe
Conjugii videant pignora cara senes
Hæc tibi sponse precor, nostris sed plura petitis
Contribuet largâ pro bonitate Deus.


Ἐπεὶ μνημὲς ἐγνομοτοπόσιχον.

UrsuLa SpIgeLio hIC nVblt VIrgo eCCe, noVenI
MensIs VICena Vt nonaqVe LVX orltVr.

Vovebat

*Christophorus Hempelius Dessâ-
Anbaltinus.*

ALIUD



ALIUD

IRrequietorum pernix agitator equorum
Optatam tibi ferre diem, lucemq; petitam
Adproperat, clariis Spigeli chara camenis,
Qua nova sponsa tibi, divino munere Jhovæ
Jungetur, niveis templo deducta Puellis,
(Quam pulcrum adspectu! quam delectabile visu!)
Qua Cytherea tibi nova spicula pectore figet,
Mellifluusq; Puer, Sponsæ nova tela parabit,
Nos etiam fas est gratantia carmina tecum
Dicere, lætari, tecum exultare, tuoq;
Adplausu ingenti lætos adplaudere honori.

Incipe gratantes mecum mea fistula versus.

Sponsus amat Christum, Christiani nomine dictus,
Christo sunt, curæ semper connubia, Christus
Largiter atq; piis semper sua munera Sponsis
Largitur, semperq; pios ille audit amores.

Incipe gratantes mecum mea fistula versus.

Christiano nova Nympha datur, nova sponsa locatur,
Jam statuent illam templis, jam pectora vinclo
Nectent legitimo, quod quondam solvere diræ
Mortis opus tantum, dulcis tibi ducitur uxor,
Sparge marite nuces, teneris incidere amores
Arboribusq; velis, mordaces exue curas.

Incipe gratantes mecum mea fistula versus

O digno conjuncta viro, non charior ullus
Est tibi virgo virens, Juvenum quos educat orbis,
Repulsam dum alii multi accipiuntq; feruntq;,
Ille tuum solus face purâ pectus adurit,
Ergò sola places illi, sola ergò placebis.

C

Incipe

Incipe gratantes mecum mea fistula versus:
Pierides Sponso vos tempora cingite myrto,
Najades huic Sponso vos florea nectite sarta,
Dexter Apollo veni, **Gnidon** Dea fervida linque,
Instituant Dryades celeres Satyriq; choreas.

Incipe gratantes mecum mea fistula versus:
Jam tibi Pierides plenis dant dona canistris,
Quas Juvenis quondam tu sedulus usq; colebas
Francarti (cui grande decus fuit odera, quodq;
Ocia dat Musis) non te tenuere puellæ
Captus amore tuæ Veneris sub pectore vulnus
Nunc tacitum sentis, tanto Medicina dolori,
In thalamos tibi sponsa venit formosa pudicos,
Quam pietas, probitas, sequitur quam gratia morum:

Incipe gratantes mecum mea fistula versus:
Nunc igitur Sponsam, quæ se tibi sponte dicavit,
Accipe, nil sponsam quidquam preciosius Orbe
Esse putes, pario cui splendet marmore vertex,
Dum vitis Baccho generosa, & **Laurea** Phoebo
Enthea, dum myrtus Veneri sacrata placebit,
Illa tuos casto tibi corde resuscitet igneis.

Incipe gratantes mecum mea fistula versus:
Luteolas age sparge rogas, rorisq; **Marini**
Munera cum violis, latareq; sponse, quid unquam
Dulcius, egregiam contingere quæso Puellam
Quid queat aut majus, **Garamantes** cedite gemmæ,
Cedite, quæ bellis præferri cuncta puellis,
Quisq; solet charam nil conjuge charius unquam.

Incipe gratantes mecum mea fistula versus:
Fumantes avidi Sponsi jam Sponsa favillas
Ore bibas, formæ dum gratia floret, at audi
Debile forma bonum, subito corrumpitur, atq;
Ceu rosa verna perit, **misti nunc ludite, vestra**

Pectus

Pectora jungat hymen, colludite, ludite, ludus
Vester sit castus, castum fore nemo negabit,
Ludite, ludendi vobis commissa potestas.

Incipe gratantes mecum mea fistula versus:
Blanda tibi multos Versos ferat Versula & Versas,
Dante Deo crescent illi crescetis amores,
Adfluat ambobus largis fortuna quadrigis
Ille suæ semper lætetur imagine Sponsæ:
Hæc illi duris Solamen dulce periclis,
Hæc spes, hæc requies, hæc anchora. suave levamen,
Omnes hinc vitæ traducite molliter annos:
Desine gratantes mea fistula dicere versus.

Musa gratulabunda

Paulli Alberti acclamabat

F I N I S.

Pectora iungat amens & colludat, Indis Indus
Vester hic casus, casum & casum hunc
Indice, Indici vobis conuulsi potestas
Insuper gratias mecum mea illa vobis
Standa tibi nullo Visibile Vili & Vili
Iam sic crecent, crecent amoris
Abbat, ambobus istis fortuna quadragis
Ite tu semper laetetur imagine sponsa:
Hac illi datus solamen dulci periculis
Hac spes, hac redies, hac anchora, hanc levamen
Omnes hinc vix tradite molliet annos
Deine gratias mea illa dicere vobis

Missa gratias
Pauca vobis acclamabat

F I N I S

K



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







LXII.

iale

simi Juvenis

I SPIGELII

OSI

LII, Reipub. Bern-
ndam FILII,

nae

s

Enden

natoris quondam
et FILIAE,

*Xbris, Anno
lemni ritu*

A VO-

ianis.